

Rudimenta
GEOMETRIAЕ
METHODICE DIGESTÆ
AD SCHOLARVM VSVM.

Præfixa est
PHILIPPI MELANTHO.
nis epistola, scripta ad Iohannem
Reiffenstein adolescentem,
Anno 1536.



ARGENTORATI EXCVDEBAT
Carolus Kieffer.
Año 1588.



08.6.11. 3661

PHILIPPI MELAN-
THONIS EPISTOLA
AD
Iohañem Reiffenstein, scripta An-
no 1536. mense Augusto Præfi-
xa libello arithmeticō Georgij
Purbachij, et elementali Geo-
metrico Iohannis Vœ-
gelin.

Villum aptius ornamentum ve-
stibulo huius libelli, qui aditum
patefacit ad Geometriam, addi-
posse statuebam, quam symbo-
lū quod Plato in foribus scho-
læ suę pīnxisse dicitur, videlicet ἀγεωμέτρηθεν οὐδείς
εσιγε. Multorum autem coniecturas exercuit hu-
ius dicti interpretatio. Alij iudicant Platonem
à schola, tanquam pollutos et prophanos, arce-
re imperitos Geometrīę, cuius elementa tunc
omnibus quilibet liberaliter instituebantur, statim
à teneris tradisolebant. Alij transferunt ad mo-
res, & significatum putant Philosophię studi-
osis, vt Geometrica proportione mediocri-
tatem atq; æquabilitat quandam in omnibus
officijs conseruent, quemadmodum & in Gor-
gia cum reprehendit iniustam opinionem Cal-
liclis, inquit eum negligere Geometriam. Etsi
autem satis apparet ex scriptis Platonis, liben-

ter eum exempla Geometrica ad mores accommodasse: tamen dubitari non potest, quin in hoc symbolo simul aliquid de ordine discipularum monuerit, & in Geometriā præparandos sentierit esse eos, qui ad Philosophiam accessuri essent. Eius sententiæ multæ grauissimæ causæ sunt. Non enim tantum releganda est hæc ars ad mechanicos, qui ædificia, vasæ, aut alia exigua corpora metiuntur, et si ea etiam exercitatio liberalē doctrinam continet, & magnas ad vitam vtilitates affert. Sed philosopho propter alias multas causas opus Geometriæ scientia: inde enim oriuntur initia Physices. Et passim in omnibus partibus Physices plurimæ demonstrationes ex hac arte sumuntur, quales sunt primæ illæ, quæ ostendunt, mundum esse finitum, nō esse plures mundos, nullum esse corpus infinitum, sunt enim hæc vera Physices exordia. Deinde cum demonstrationes Geometriæ maximè sint illustres, nemo sine aliqua cognitione huius artis satis peripicit, quæ sit vis demonstrationum, nemo sine ea erit artifex methodi. Quare & Plato dixit, ob eam causam etiam descendam esse Geometriam, quia eius cognitio conduceat ad hoc, ut aliæ artes facilius & rectius percipiantur. Sed maximè illustris vtilitas est in metienda magnitudine terræ, & cœlestium corporum ac spaciiorum. Estq; hæc summa laus Geometriæ, quod non hæsit in exiguis & his inferioribus mīchinis, sed euolauit in cœlum, & humanas mentes, humi abiecas, rursus in illam cœlestem sedem subuexit, & admirandum mundi opificium

ficiū, & gubernationem eius nobis monstrauit. Deinde exulantes animos, in patriam ac familiaritatem cœlestium, atq; adeò ad agnitionem Dei traduxit. Magnam enim vim habet ad confirmandas honestas opiniones de Deo, in animis hominum, hæc ipsa doctrina, in qua mundi opificium & gubernatio spectantur.

Cum igitur fontes huius præstantissimæ partis Philosophiæ demotibus cœlestibus, magna ex parte sint in Geometria, satis grauis causa est, quare Plato monuerit accessuros ad Philosophiam, ut Geometriæ studium adderent. Hoc existimo Platonem illa inscriptione principiū significasse, quam hic recitaui, ut cum adolescentes ad hortari cuperem, ad experendā hanc artem, qua vtendum est duce ad multas Philosophiæ partes, adderet aliquid ponderis nostræ orationi Platonis autoritas. Quoties igitur in manus accipient hunc libellum studiosi, & in fronte legent Platonicam inscriptionem, cogitabunt se admoneri voce Platonis, sed votis & iudicij omnium eruditorum, ut maximarum utilitatum causa hanc artem expetant. Nec vero dubium est, quin naturas non distortas delectet per se mensurarum ratio, ut natura capimur numerorum collatione, aut concentu sonorum. Sed generosa & excelsa ingenia, huius utilitatis magnitudo accedere ad hæc studia, & inflammare debet, quod hæc ars aditum patefacit ad illam præstantissimam Philosophiam de rebus cœlestibus: quæ quantum habeat dignitatis, quam multipliciter proficit hominum vita, minime obscurum est, præser-

ñs, qui non omnino abhorrent à verę veterisq; Philosophiæ studijs.

Scio has adhortationes apud eos, qui sor-
didis ingenij præditi sunt, nihil proficere, qui
præstantium disciplinarum dignitatem non
prospiciunt, aut sectantur quasdam vendibi-
liores artes; quæstus causa. Hos, cum dupliciter
sint ἀγεωμέτρησι, vel maximè excludit Plato. Nā
& mentes habent monstrosas, & magno scele-
re turbant proportionem Geometricam, cum
non tribuunt suam artibus dignitatem. Sed
recta ingenia, etiam mediocria, incitari possunt
ipsa artium admiratione, si admoneantur, de-
inde si accedat artifex, qui commodè tradat.
Ideo spero alioquorum studia commoueri pos-
se, teq; mi Johannes, & tui similes adhortor,
primum vt cogitetis, aspirantibus ad veram
laudem, contendendum esse omnibus ingenij
atquæ animi viribus, vt solidam & perfectam
doctrinam vobis comparetis, quæ sit usui rei-
publicæ. Hanc ad rem opus est toto choro ar-
tium, quæ ita inter se deuincte copulat q; sunt,
vt in singulis multa sint exalijs vicinis artibus
assumenda: Hæ vero duæ Numerorū & Men-
surarum scientia, cum in Physicis magnos ha-
bent usus, tum verò totam doctrinam de re-
bus cœlestibus pepererunt.

Aristippum ferunt, cum amissis naufra-
gio fortunis omnibus, ipse tamen cum paucis
ad littus Rhodium saluus peruenisset in tabula,
ambulantem in littore, Geometricas figuræ in
machinis quibusdam conspexisse. Quanquam
autem mare & viatico eos exuerat, & in loca
eiecerat

eiecerat ignota tamē conspectis illis figuris Geometricis, iussit socios bono animo esse inquietus se vidisse hominū vestigia, gratulatusq; est si bi & reliquis quod non in barbarū littus electi essent, confirmauitq; humanitatē erga hospites ac naufragos non defuturam illis hominibus, apud quos harū artium studia colerentur: Vt nam verò hēc hominū vestigia quæ ibi in littore miratus est Aristippus, in scholis etiam frequentiora essent. Iacent enim desertæ & neglectæ hæartes multis etiam seculis. Nam proxima ætas iuuentutem ab hac vera Philosophia ad insulfissimas cauillationes abduxerat. Nūc postquam hæ explosæ sunt è scholis, annidum erat, vt pura & nativa philosophia tradetur, quæ conduceret ad solidam doctrinam consequendam. Nam hæc nostra ætas satis commonefacit nos, quantum opus sit reipub. perfecta doctrina: quia multa passim, tum inopia iudicij, tum quia disertè explicare nihil possunt, sparserunt, aut defendunt opiniones absurdas & confusaneas, ex quibus in Ecclesia magna certamina, magnæ dissensiones extiterunt. Nec finis horum malorum erit ullus, nisi ad veram & eruditam studiorum rationem iuventus reuocata fuerit. Hanc ad rem conferre operam hi qui præsunt Ecclæsiæ ac reipublicæ profecto debebant. Sed eadem cura ad nostrū officiū pertinet, hoc est, ad eos qui docent, aut discunt in scholis. Nam & nostrum munus ad rem pub. pertinet: Diuinitus in hac statione collocati sumus, vt doctrinam utilem generi humano conseruemus & propagemus. Et flagi-

eat hanc diligentiam Deus pariter à doctoribus & discipulis. Quare iuuenes cogitent se etiam Deo hoe officij debere, vt solidam et perfectam doctrinam expertant, profuturam Ecclesiæ ac reipub. Quos in templo animos afferimus, eosdem decet in scholam afferre, videlicet, vt ibi res diuinæ cognoscamus, & alijs patefaciam⁹. Si quis venit in scholam, tantum vt inde auferat particulam aliquam doctrinæ, quæ possit ad quæstum, aut ostentationem conferri, is sci at se polluere sanctissima doctrinæ templo. Itaq; si munus suum intelligent adolescentes, si scient quo animo versari in studijs debeant, facile im. petrabimus ab ingenijs non monstrosis, vt recte atq; ordine percipiāt omnes artes, vt non ſinanem eruditioñis vmboram, sed veram doctrinam auferre conentur.

Quosdam deterret à mathematis difficultas, sed hi quod est iniquissimum, ante pronunciant quam inspiciunt, priusquam degustarūt elementa, abiiciunt & damnant totum studiū. Certè initia sine magno negocio percipi possunt, quæ vsum habent in vita, & in multis artibus. Hæc saltem prius cognosci oportuit, quām pronunciarent de difficultate. Deinde ordo, qui præsertim in Geometricis est cōmodissimus, leuat laborem, & multum addit lucis. Postremo vbiq; traduntur demonstratioñes, quæ et si in artis extrema parte, quasi in fastigio, longius recedunt ab oculis & conspectu nostro, vt vrbes, quas procul videmus, tamen in cæteris partibus, quia magis obuiæ sunt oculis, multo minus habent difficultatis. Extrema igna-

Ignavia est, prius ab hincere studium, quam perculū feceris. Et mollities animi iniusta est, nihil laboris suscipere in discendo, cum quidem militia quædam sit, versari in literis, & Respublica nobis maximarum rerum curam & conseruationem commendauerit, quas tueri sine acerrima contentione animorum non possumus.

Quare exuscitent nos & ipsa artium dignitas, & publica utilitas, & meminerimus his virtutis studijs etiam fortitudinem adiungendam esse, quæ non sinat animos languescere pigritia quæ per omnes difficultates, ut ita dicam, uisibilis viam faciat. Ac generosæ naturæ, quæ ad illas summas artes de rebus cælestibus diuino aliquo afflatu, & ἐνθυσιασμῷ incitantur, facile has artes arripiunt, perinde ut hi, qui natura ad carmen idonei sunt, cito percipiunt syllabarum & pedū mensuras. Multum tamen, ut in cæteris artibus, etiam medicaria ingenia studio & diligentia assequentur. Ac si qui non totos se huic studio dederint, tamen his ad iudicia formanda, & ad intelligendos multos locos, qui in Aristotele & alijs laudatis autoribus obuij sunt, opus est cognitione elementorum Geometriæ.

Aristoteles pulcherrimè pingit iustitiam in quinto Ethicorum his Geometricis figuris, et species eius eruditissimè discernit collatas ad Arithmeticam & Geometriam proportionem. Et traduntur eo in loco præcepta necessaria ijs, qui eruditè de legum causis iudicare cupiunt. His plurimum assert lucis collatio sumpta ab Arithmeticis & Geometris. Sed quia interpres quorum quidem libri extant, non intellexerunt

runt hanc collationem, non solum obscurae
runt, sed planè corruperunt totam Aristotelis
sententiam, non secus ac si aliquam excellen-
tem Apellis picturam sordibus & cœno con-
spersissent atq; obruissent. Porrò non solum
turpe est interpreti, sed etiam molestum alijs lec-
toribus, in tali loco tanquam in luto hærere &
fraudari sententia autoris. Aristoteles enim pru-
dentissimè duas iustitiæ species constituit, qua-
rū altera personarum gradus in legendis Magi-
stribus, in imperijs, in ciuitate, & in familijs or-
dinat: Altera gubernat non solū contractus sed
omnes cōpensationes rerum, ut mercedes, dam-
na, iniurias, pœnas: iam cum explicatur quare
in compensationibus requiratur Arithmetica
proportio. In altera vero iustitia, legente Magi-
stratus valeat Geometria, causæ Iustitiæ valde
fiunt illustres. Ac sumpsit hanc ipsam collatio-
nē Aristoteles à Platone qui cū summa venustate
& grauitate disputat, æqualitatē in ciuitatibus
efficiendam esse, quia æqualitas gignat mutuum
amorem, ut dici solet ἵσος ἵσφιλος. Sed æquali-
tatem Arithmeticam ait in imperijs, in legendis
Magistribus turbulentam esse, Geometricam
vero salutarem esse ciuitatibus. Nam Geome-
trica æqualitas est, cum gradus constituuntur
et delectus adhibetur, ut pro proportione tribu-
antur summa imperia optimis & prudentissimis
ciuibus, & singuli intelligunt quam partem mu-
neris publici sustineant, & in suo ordine manet,
non conturbant proportionem. Hunc statum
ita prædicat Plato, ut hanc Geometriam diui-
nam esse dicat, actum demum beatas fieri ciui-
tates,

cates, cum Deus hanc particulam Geometriæ eis impertit: deniq; addit, ab hac Geometriæ proficisci, quidquid est boni in rebus humanis: vt si in Ecclesia authoritas esset summa optimorum ac doctissimorum, et per gradus suum officium singuli intelligerent, & facerent, & sum quisc; Spartā, vt dicitur, ornaret, imperiti cederent sententijs eruditorum. Quid Ecclesia beatius esset, si hac Geometrica proportionē constituta esset, quæ & Tyrannidem prohibet, & popularem licentiam? Nam in Tyrannide gradus nulli sunt, sed pariter omnes boni op̄ primuntur. In Democratia, dominatur æqualitas Arithmeticæ, iuxta quam omnes in simili status ille, quem maximè vituperat Achilles apud Homerum, cum ait, nolle se in ea republika esse, in qua nullum sit discrimin bonorum & malorum ciuium:

'Εν δ' οὐ γιμνῆται μὴν κακὸς ἀδέκησθαι, εἰσὶ λόγοι. Quid bonis omnibus accidere potest optabilius, quam si Geometrica proportio, quæ & Tyrannidem & popularem licentiam prohibet, gubernaret Synodū Ecclesiasticam? Nec verò sine causa doctissimi homines delectati sunt Geometricis similitudinibus, incurruunt enim in oculis, vespere picturæ. Quare cum intelliguntur, valde illuminant disputationes, & multa monent admiratione digna.

Inuitet igitur adolescentes, quia magnos viros vident amasse has figuræ, & eorum scripta non posse intelligi, nisi degustatis his artibus: Etsi enim aliæ sunt multo maiores utilitas

tes de quibus paulo ante dixi, tamen liberalibus ingenij stimulum addit hoc quoque. quod tales sententias magnorum autorum & amant, tanquam preciosissimas gemas & vim earum penitus perspicere cupiunt. Iam haec ipsa exempla docent sententiam Platonicam, quam scripsit in vestibulo scholae, non inepte ad mores accommodari, ἀγεωμέτρητος οὐδεὶς εἰσίτω. Excludit a scholis eos qui conturbant Geometricam proportionem, qui gradus honestorum officiorum nec intelligunt, nec tuentur, qui sine lege inæqualiter, qua fert impetus, ruunt. Verissimum enim est illud Aeschyli dictum, alium hominem alteri ciuitati conuenire, ἄλλον ἄλλη πρὸς πόλεα τῆται γενῶν. Ut igitur illa fera & barbarica ingenia non conueniunt ciuitati Philosophicæ, quia neque mirantur artes, neque doceri possunt: ita est contra prædicti moderatis ingenij, quia incitari possunt ad haec optima studia colenda, conueniunt Philosophicæ ciuitati. Tales inuitat Plato, ac simul significat, quæ natura capax sit Philosophiae, quales mores apti sint his studijs, quæ ingenia ad amorem Philosophiae accendi possint, & quo doctrinæ genere principio opus sit.

Quare studiosi, cum legent hanc Platonis inscriptionem ἀγεωμέτρητος οὐδεὶς εἰσίτω: meminerint se, & Geometricam æqualitatem in mortibus praestare debere, & ad cæteras artes adiungere Geometriæ studium. Vtrumque est ingens ornamentum, & propter multas causas expetendum. Ac tibi quidem, mi Ioannes, Dei beneficio contigit ingenium & natura moderatum, & quod ex picturis tuis animaduerti potest

poteſt, aptum Geometriæ, planeq; conueniens
ciuitati Philosophicæ. Spero autem te & pater-
na, & noſtra cohortatione accenſum, flagrare
cupiditate cognoscendæ illius pulcherrimæ do-
ctrinæ de motib; & effectibus cœleſtibus: ad
hanc gradus eſt faciendus per Geometriam. Pu-
tabis autem te etiam Deo gratum facere, cum
hiſ ſtudijs operam dabis: Suauiſſime enim à
Platone dictum eſt, Νεὸν ἀληθινόν, hoc eſt, ut
ego quidem interpreteror, gubernare omnia, &
certiſſima lege cursus celeſtcs, & totam natu-
ram regere. Quare haud dubiè probat ſtudium
eorum, qui quaſi obſeruantes, illius cursus line-
as, gubernatorem iſum agnoscunt, & vene-
rantur. Iacobus Milichius vtili confilio con-
iunxit libellos Arithmeticos & Geometricos
aptiſſimos ſcholiis, ſcriptos à præſtantibus ar-
tificibus, & in ea Academia, quæ aliquot ſecu-
liſ præcipuū fuīt domicilium harum artium.
Nam Viēñæ, autore Peurbachio, propemodū
renata eſt hęc Philosophia de rebus cœleſtibus,
& nunc magna cum laude poſſeſſionem eius
velut hæreditariam retinent, & ornant ibi cum
alij viri doctiſſimi, tum etiam Ioañes Vogelin,
autor huius libelli de Geometricis elementis,
quę quidem ea breuitate & ſerie complexus eſt,
quam ſperauit maxime conducturam eſſe diſ-
centibus. Christus & tua, & reliquæ iuuem-
tutis ſtudia gubernet ad Reipublicę
ſalutem. Mense Auguſto.

ANNO

M. D, XXXVI.

Rudi-

Rudimentorum Geometriæ methodice digestæ.

CAPVT. I.

De magnitudine.

Elementum I.



*EOME TRIA est ars
bene metiendi.*

II.

*Res ad bene metiendum proposita, est
magnitudo.*

III.

Magnitudo est quantitas continua.

III.

*Continuum est, cuius partes communis
termino continentur.*

V.

*Terminus est magnitudinis extremus
i3. d. i. l. Euclidis.*

Consectarium.

Itaq.

*Magnitudo infinite & creatur, &
continetur, & secatur ipsam quibus ter-
minatur.*

Pun-

GEO METRIÆ.

VI.

Punctum est signum in magnitudine individuum. Eucl. 1. d. 1. L.

Itaque unius & solitariae magnitudinis affectiones sunt : Terminari, Secari.

Sed	{ à numeris	{ Symmetria.
Magnitudi-	est	{ Ratio.
num inter se	{ à seipsis	{ Congruentia.
		{ Ascriptio.

VII.

Magnitudines symmetræ sunt, quas eadem mensura metitur : asymmetræ contra. Eucl. 1. 2. d. 10. l.

VIII.

Rationales sunt, quarum ratio est explicablem numero datæ mensuræ: irrationales contra. è 5. d. 10. L.

IX.

Magnitudines congruae sunt, quarum partes applicatae partibus, æqualem locū occupant. Consec-

RUDIMENTA

Consect.

Itaq;

Magnitudines congruae sunt aequales.

Eucl. axiom. 8.

X.

Magnitudines ascriptae sunt inter se, quando unius termini alterius terminis terminatur. Quæ intra est, dicitur inscripta, circumscripta quæ extra. è septem dd.

4. l. Eucl.

Hactenus magnitudinis communes affectiones.

Terminatio,
Symmetria,
Congruentia

Sectio,
Ratio
Ascriptio.

Sequitur magnitudinis diuisio in species.

CAPVT. II.

De Linea,

I.

Magnitudo est linea aut lineatum.

II.

Linea est magnitudo tantum longa.

2. d. I. l. Eucl.

Lineæ

GEOMETRIÆ.

III.

Lineæ terminus est punc̄tum 3. d. i. l.

III.


Linea est recta vel obliqua. è 4. d. i. l.

Linea recta est linea, quæ intra suos terminos æqualiter interjacet : obliqua contra. 4. d. i. L.

Consect: Itaq;

Recta est breuissima intra eosdem terminos.

Ducendæ vero rectæ in plano Geometricum instrumentum dicitur amissis: Ptolemæo 2. C. i. l. Musicæ, Regula: quale hic vides.



R V D I M E N T A


VI.

Linea obliqua tangitur à recta vel obliqua, quando ambæ ita concurrunt, ut continuatæ non intersecantur. 2. 3. d. 3. l. Eucl.

Conſ.

Itaq;

Tactus fit unico punc̄to, è 13. p. 3. l. Eucl.



VII.

Linea obliqua est peripheria, aut helix.

VIII.

Peripheria est, quæ distat æqualiter à medio comprehensiſpatij.


Conſect:

Itaq;


*Fit converſione lineaे, altero termi-
no quiescente, altero lineante,*

Circu-

GEOMETRIÆ.




Circinus instrumentum est peripheriæ describendæ; Cruribus rectis an valgis nihil interest, ut hic vides.



IX.

Helix est, quæ distat inæqualiter à medio ut cung, comprehensiō spatiij.

R V D I M E N T A



Hactenus solitariæ lineæ affectiones sunt.

Rectitudo

Obliquitas

Tactus

Peripheria

Heligmus

Duarum inter se sunt.

Perpendiculum,

Parallelismus.

X.

Lineæ inter se rectæ sunt, quarum altera in alteram incidens, æqualiter inter jacet: obliquæ contra, è 10. d. i. L.


Conf.

Itaq;




Si recta est perpendicularis rectæ; est ab eodem termino, & eadem parte singularis. è 13. d. ii. L.

Norma

GEOMETRIA.



Norma est tertium instrumentum, in linea recta recte erigenda in eodem plano super rectam; atq; inde superficiem & corpus super superficem corpusve. Sic vero est.



Perpendiculum vero è plumbo & filo architectis Physicum est; quia grauia suo pondere rectis lineis ad perpendiculum ferantur. Instrumentum duplex ita est: Primum ad explorandum perpendiculum sublime, ut utrum columnna vel structura quævis recta sit ad planum horizontis

R V D I M E N T A.

ne quoquā declinet. Secundum est ad explorandum planiciem plano horizontis parallelam. Itaq; cum filum ab angulo recto in medium basis inciderit, indicabit librata m longitudinem: Galli niuelum, Itali Liuellum, item achipendulum, Latini libram vel libellam dicunt, Quidam etiam Alpharium.


XI.

Lineæ parallelæ sunt, quæ ubiq; distant æqualiter. è 35. d. i. L.

Consect.

Itaq;

Lineæ eidem parallelæ sunt inter se parallelæ.



Hactenus de linea: Sequitur de lineato.

C A P V T III.

De

GEOMETRIA.

De angulo.

I.

Lineatum est magnitudo plus quam longa.

II.

Lineati est angulus & figura.

III.

Angulus est lineatum in communi sectione terminorum.

III.

Crura anguli sunt, termini comprehen dentes angulum.

V.

Anguli homogenei sunt, anguli cruribus & crurum concursu genere ijdem.



Anguli cruribus congrui sunt & quales.

R V D I M E N T A.



Conseq.

Itaq;

1. Si angulus angulo æquicrurus, æ-
quatur basi: est æqualis. Et

Si est æqualis: æquatur basi: ex 8. &
4. p. i. L.

2. Si æqualis basi est æquicrurus : æ-
quatur.

3. Si angulus angulo æquicrurus, est
major basi: est maior. Et


Si est maior: est major basi. è 25. &
24. p. i. Lib.

4. Si æqualis basi, est minor interiori-
bus cruribus: est major. è 21. p. i. L.



5. Si

GEOMETRIA.



5. Si dati anguli cruribus ad datum punctum crura homogenea aequentur æqua basi: aequabunt angulum dato. è 23. p. i. L.

VII.

Angulus est rectus, vel obliquus.

VIII.

Rectus est, cuius crura sunt inter se recta: obliquus contra. Ex 10. d. i. L.

Consect.

Itaq;

Anguli recticrurirrecti, sunt aequales.

IX.

Angulus obliquus est obtusus aut acutus.

X.

Obtusus est obliquus major recto.

II. d. i. Lib.

R V D I M E N T A

XI.

Acutus est obliquus minor recto
12. d. i. Lib.



Hactenus de angulo.

C A P V T IIII.


De figura.

I.

Figura est lineatum vndiq; terminatum. II.

Centrum est punctum in figura mediū. III.

Perimeter est comprehensio figuræ.





Radius

G E O M E T R I A.



III.

Radius est recta à centro ad perimetrum.



V.




Diametrus est recta inscripta figuræ per centrum.



Consect.

Itaq;

1. *Diametri in eadē figura sunt infiniti.*
2. *Centrum figuræ est in diametro. Et*
3. *In concursu diametrorum.*




Altitud.

R V D I M E N T A

V I.

Altitudo figuræ est perpendicularis à vertice figuræ ad basim.



Hactenus de his quæ in parte figuræ sunt: sequuntur tres affectiones generales figuræ, ordinatio, primatus, & ratio.

VII.

Figura ordinata est, figura æquitermina, & æquiangula.

VIII.

Figura prima est figura in alias simpliciores figuras individua.

IX.

Figura rationalis est, quæ comprehenditur à basi & altitudine rationalibus inter se.



Conseq.

Itaq;

Nume-

GEOMETRIÆ.

Numerus figuræ rationalis figuratus dicatur : Et numeri vnde fit, latera figurati.



Hactenus affectiones vnius figuræ: sequitur triplex duarum figurarum comparatio, in ratione, proportione, similitudine.

Ratio spectatur in Isoperimetris.

X.

Figuræ Isoperimetrae sunt, figuræ æqualis perimetri.

Proportio primarum est figurarum, de qua suo loco agetur.



Similitudo est in similibus.

XI.

*Figuræ similes sunt, figuræ æquian-
gulæ, & proportionales cruribus æqua-
lium angulorum.*




Figuræ

R V D I M E N T A




XII.

Figuræ compleentes locum sunt, quæ circa idem punctum quolibet modo colligatæ nihil inane relinquunt.



XIII.

Figura rotunda est, cuius radij omnes æquantur.



Conseq^t.




Itaq^s

1. *Diametri in rotundo bisecantur radijs æqualibus.*
2. *Ro-*
- Et*

GEOMETRIÆ.

2. *Rotunda diametrorum æqualium sunt æqualia. è i. d. 3. l.*



Hactenus de communibus lineati affectionibus angulo & figura; sc̄aquitur lineati divisio.

C A P V T V.



De superficie plana.

I.

Lineatum est superficies, aut corpus.

II.

Superficies est lineatum duntaxat latum. 5. d. I. L.



III.

Superficiei terminus est linea, 6. d. I. l.

Supers


R U D I M E N T A.

III.

Superficies est plana vel gibba.

V.

*Superficies plana est superficies, quæ æqualiter intra suos terminos interiacet.
Deinceps planum dicetur. è 7. d. i. L.*



C A P V T VI.

De Triangulo.

I.

*Platum est rectilineum, vel obliqui-
lineum. II.*

*Rectilineum est planum, quod com-
prehenditur à lineis rectis.*

III.

*Rectilineum est triangulum, aut trian-
gulatum. IIII.*

*Triangulum est quod compræhendi-
tur à tribus lineis rectis 21. d. i. L.*

Conſe-

GEOMETRIÆ.

Consectarium.

Itaq.

Est prima figura rectilineorum.

V.

Triangulum est rectangulum, vel obliquangulum.

VI.

Triangulum rectangulum est, quod habet unicum angulum rectum: obliquangulum quod nullum. 27. d. i. L.

VII.

Triangulum obliquangulum est obtusangulum vel acutangulum.

VIII.

Obtusangulum est, quod habet unum obtusum angulum. 28. d. i. Lib.

IX.

Acutangulum est quod habet omnes acutos. 29. d. i. L.



C

C A.

R V D I M E N T A
C A P V T. VII.
De Triangulato.




I.

*Triangulatum est, rectilineum compo-
situm è Triangulis.*

Consect.

Itaq;

- 1 *Triangulati latera sunt binario plu-
ra triangulis.*
- 2 *Triangulata homogenea secantur in
triangula æqua numero. è 20. p. 6. Lib.*



II.

*Triangulatum est quadrangulum aut
aut mulangulum.*

III.

*Quadrangulum est, quod comprehen-
ditur à quatuor lineis rectis. 22. d. I. L.*

III.



Quad-

GEOMETRIÆ.

Quadrangulum est parallelogramum aut trapezium.

V.

Parallelogrammum est quadrangulum lateribus oppositis parallelum.



VI.

Parallelogrammum constat è binis & diagonalibus, & complementis, & gnomonibus.

VII.

Diagonale est particulare parallelogrammum communis anguli & diagonij cum toto parallelogrammo.


VIII.

Complementum est particulare parallelogrammum à conterminis diagonali- um lateribus comprehensum.

R V D I M E N T A

I X.

Gnomo, est alterum diagonale cum duobus complementis.



Hactenus de partibus parallelogrammi; sequitur diuisio in species.

X.

Parallelogrammum est rectangulum aut obliquangulum.

X I.

De Rectangulo.

Rectangulum est parallelogrammum quod habet omnes angulos rectos.

Consect.




Itaq;

1 *Rectangulum comprehenditur, à duabus rectis, angulum rectam comprehendentibus.* I. d. 2. Lib.

2 *Rectangula quatuor complent locum*

Figu-

G E O M E T R I A E.



XII.

Figuratus rectanguli rationalis appellatur planus. 16. d. 7. L.

XIII.

Rectangulum est quadratum vel oblongum.

XIV.

De Quadrato.

Quadratum est rectangulum æquilaterum.

XV.

Planus quadrati est planus æquilaterus.

Consect.

Itaq;

Fit à numero in seipsum multiplicato.

Tales sunt.

À	Semel	vno	1.
	Bis	binis	4.
	Ter	ternis	9.
	Quater	quaternis	16.
	Quinques	quinis	25.


R V D I M E N T A

A	Sexies	senis	36,
	Septies	septenis	49.
	Octies	octonis	64.
	Novies	nouenis	81.

XVI.

De Oblongo.

Oblongum est rectangulum inaequilaterum. 31. d. i. Lib.



XVII.

De Obliquangulo.

Parallelogrammum obliquangulum est rhombus aut rhomboides.

XVIII.


Rhombus est obliquangulum equilaterum 32. d. i. L.

XIX.

Rhomboides est obliquangulum inaequaliterum, 33. d. i. l.

Trapez

GEOMETRIÆ.



XX.

Trapezium est quadrilaterum non parallelogrammum. 34. d. 1. Lib.

XXI.

Multangulum est quod pluribus quam quatuor lineis rectis comprehenditur.

23. d. 1. L.



Adhuc rectilineorum geometria fuit: sequitur geometria obliquilineorum: ē quibus præcipuus est circulus.

C A P V T. VIII.

De geometria Circuli.

C 4 Cir-

R V D I M E N T A

I.

Circulus est planum rotundum. 1.

15. d. 1. Lib.

II.

Geometria Circularis est in lineis, aut segmentis circuli.

III.

Segmentum circuli est, quod comprehenditur extrinsecus à peripheria, intus à recta.

III.

Segmentum Circuli est sector, aut sectio.

V.



Sector est segmentum intus comprehensum à recta duplice, faciente angulum in centro, qui angulus in centro dicitur, ut peripheria dicitur basis sectoris 9. d. 3. l.

VI.

Angulus in peripheria est, angulus comprehensus à duabus rectis inscriptis, & in peripheria conterminis. 8. d. 3. L.

Sectio

GEOMETRIÆ.



VII.



Sectio est segmentum Circuli, intus comprehensum ab una recta, quæ basis sectionis dicitur.

VIII.

Angulus in sectione est, angulus comprehensus à duabus rectis conterminis basi, & in peripheria conterminis. 7. d. 3. Lib.

IX.

Angulus sectionis est, qui comprehenditur à terminis sectionis. 7. d. 3. Lib.



R V D I M E N T A


X.

Sectio est semicirculus, aut inæqualis semi circulo.

Conseq.

Itaq;

Semicirculus compræhenditur à peripheria & diametro. 18. d. i. L.



*Geometria plani adhuc fuit:
sequitur gibbi.*

C A P V T IX.

De superficie gibba.

I.

Gibbum est superficies, quæ inæqualiter intra suos terminos interjacet.

II.

Gibbum est sphæricum, aut varium.

III.

Sphæricum est, gibbum æquidistans à centro comprehensi spatijs. Con-

GEOMETRIÆ.

Consect.

Itaq;

Fit conversione semiperipheriae manente diametro. è 14. d. II. Lib.


III.

Maxima in sphærico peripheria est, quæ sphæricum bisecat.

Consect.

Itaq;

Peripheria propior maximæ est major remotiore, & utrinq; æquidistantes à maxima duæ sunt æquales.



V.

Varium est, gibbum cuius basis est peripheria. latus recta à termino verticis in terminum basis.

VI.

Varium est conicum, aut Cylindraceum.

Conicum

R V D I M E N T A

VII.

Conicum est, quod à subiecta peripheria æqualiter fastigiatur ad verticem.

Consect: Itaq;


Fit conversione lateris circa subiectam peripheriam.

VIII.

Cylindraceum est, quod à subiecta peripheria ad sublimem æqualem & parallelam peripheriam æqualiter erigitur.

Cons. Itaq;

Fit Conversione lateris circa duas peripherias æquales & parallelas.



Hactenus geometria fuit, de linea
& superficie: superest STEREO
METRIA, pars artis altera, de
CORPORE.

Caput

GEOMETRIÆ.
CAPVT X.

DePyramide.

I.

Corpus est lineatum, latum, & altum. I. d. II. L. deinde solidum dicetur.

II.




Terminus solidi est superficies. 2. d. II. Lib.

III.

Ax̄is solidi est diameter, circa quam convertitur. ē 15. 19. 22. d. II. L.

III.

Solidum rectum est, cuius axis est perpendicularis centro basis: obliquum contra.



V.

Solidum est planum vel gibbum.

Planum

R V D I M E N T A.

VI.

Planum est, quod comprehenditur à superficiebus planis.

Superficies planæ hic èdger dicuntur.

VII.

Planum solidum est Pyramis, aut Pyramidatum.

VIII.


Pyramis est, solidum planum à basi re et lineæ æqualiter fastigiatum.

Consect.

Itaq;

1 Pyramidis hedræ sunt una plures angulis in basi.

2 Pyramis est prima figura solidarum.




IX.


Tetraedrum est Pyramis ordinata, à quatuor triangulis cōprehensa. 26.d. II.

Consect.

GEOMETRIA.




Conseq.



Itaq;

- 1 Tetraedri latera sunt sex, anguli plani duodecim, solidi quatuor.
- 2 Tetraedra duodecim complent solidum locum.
- 3 Si quatuor triangula ordinata & aequalia solidis angulis componantur, comprehendent tetraedrum,



C A P V T X I.

De Prismate.

I.

Pyramidatum est solidum planum, & Pyramidibus comprehensum.

Pyra-

R V D I M E N T A

I I.

Pyramidatum est prisma, aut polyedrum mistum.

I I I.

Prisma est Pyramidatum cuius duo opposita plana sunt æqualia, similia, parallelæ, reliqua parallelogrāma. 13. d. II.




Conf.

Itaq;

Hedræ prismatis sunt binario plures angulis in basi.

I I I I.

Prisma est pentaedrum, aut è pentaedris compositum.



V.

Epentaedris compositum est hexaedrum aut polyedrum.

Hexaedrum est parallelepipedum, aut trapezium.

Paralle-

G E O M E T R I A.

V I.

*Parallelepipedum est, cuius opposita
plana sunt parallelogramma.* è 24.p.ii,l.


V II.

*Parallelepipedata rectangula octo com-
plent locum solidum.*

V III.

*Figuratus parallelepipedi rectanguli
appellatur solidus: factus à tribus nume-
ris: 17.d. 7. L.*

vt à	Longitudinis	2	
	Latitudinis,	3.	
	Fit planus	6	Ab hoc &
	Altitudinis	4	
	Fitsolidus	24	



IX.

*Parallelepipedum rectangulum est
cubus, aut oblongum.*

D

Cu-

R V D I M E N T A.



X.

Cubus est rectangulum isoedrum. 25.
d. II. Lib.

Conseq:



Itaq

1 *Cubi latera sunt duodecim : anguli plani viginti quatuor ; solidi octo.*



2 *Si sex quadrata æqualia solidis angulis componantur, compræhendent cubum.*

3 *Si è quadratis angulis perpendicularibus lateribus æquales sublime connectantur, compræhendent cubū. è 25.p.II.*



Solidus

GEOMETRIÆ.

XI.

Solidus cubi etiam cubus dicitur: solidus nempe æqualium laterum. 19.d. 7.

Conseq̄t:

Itaq̄p

Fit à numero in suum quadratum multiplicato. Sic efficitur Cubus multiplicando numerum per seipsum & factum per primum: quales sunt à primis novem numeris benadicis primi novem Cubi

Semel	uno	Quad.	1.	Cub.	1.
Bis	binis		4.		8.
Ter	ternis		9.		27.
Quater	quaternis		16.		64.
Quinque	quinquiesquinis		25.		125.
Sexies	senis		36.		216.
Septies	septenis		49.		343.
Octies	octonis		64.		512.
Novies	novenis		81.		729.

Hactenus de prismate: sequitur.

CAPVT.

XII.

De polyedris mistis ordinatis:

I.

Polyedrum mistum ordinatum est pyramidatum, compositum è pyramidi-

D 2 bus

R V D I M E N T A.

bis vertice coeuntibus in centro, & so-
la basi eminentibus.

II.



Mistum ordinatum est triangulæ ba-
sis, aut quinquangulæ.

III.

Mistum ordinatum triangulæ basis
est octaedrum aut Icosaedrum.

III.

Octaedrum est polyedrum mistum or-
dinatum, quod ab octo triangulis compræ-
benditur. 27. d. II. Lib.



Consect:

Itaç


I Octaedri latera sunt duodecim : an-
guli plani Viginti quatuor : solidi sex.

2 Octa

G E O M E T R I A E



2. Octaedra novem compleant locum solidum.

3. Si triangula octo æquilatera & æqualia solidis angulis componantur, comprehendent octaedrum.



V.

Icosaedrum est polyedrum mixtum ordinatum, à viginti triangulis comprehensum.




R U D I M E N T A

Consect.

Itacq;


1 Icosaedri latera sunt 30. anguli plani 60. Solidi 12.

2 Si viginti triangula ordinata & aequalia solidis angulis componantur, comprehendent Icosaedrum.



XI.

Polyedrum mistum ordinatum quinqueangulæ basis est, quod à 12. quinqueangularis comprehenditur, & dodecaedrum dicitur.



Conf.


GEOMETRIÆ.

Consecarium.

Itaqꝫ.

1 Dodecaedri latera sunt 30. anguli
plani 60. Solidi 20.

2 Si 12. quinquangula ordinata æqua-
lia solidis angulis componantur, compræ-
bendent dodecaedrum.



Conf.

Itaqꝫ

Solida plana tantum quinqꝫ sunt or-
dinata.

Exbasi	Triangula	Tetraedrum Octaedrum Icofaedrum
	Quadrangula: Cubus, Quinquangula, Dodeca- edrum.	

Hactenus de solido plano: sequitur.

R V D I M E N T A
C A P V T X I I I .

De Solido gibbo.

I.

Solidum gibbum est, quod comprehenditur à superficie gibba.

II.

Solidum gibbum est Sphæra, aut varium.

III.

Sphæra est gibbum rotundum.

Conseq̄t: Itaq̄s

Fit conversione semicirculi manente diametro.



III.

Maximus Sphæra Circulus est, qui Sphærām bisecat.

Conseq̄t:

G E O M E T R I C A E.

Consect.

Itaqp

1 *Circulus parallelus proprior maximo, major est remotiore.*

2 *Paralleli æquidistantes à maximo, sunt æquales.* V.

*Solidum varium est, quod compræ-
henditur à superficie varia & basi.*

VI.

Varium est conus, aut Cylindrus.

VII.


*Conus est, quod à conico & basi com-
præhenditur.*

Consect.

Itaqp

1 *Fit conversione trianguli rectanguli,
manente altero cruce.*

2 *Conus est rectangulus, si crus ma-
nens est æquale converso : obtusangulus
si minus : acutangulus si majus 18. d. u.*




R V D I M E N T A
VIII.

*Cylindrus est, quod à Cylindraceo
et oppositis basibus compræhenditur.*

Cons.

Itaq;


*Fit conversione parallelogrammi re-
ctanguli, manente altero latere. 21. d. II.*



IX.


*Sector Sphæræ, est segmentum Sphæræ,
quod foris à sphærico, intus à conico
in centrum terminato comprehenditur.*

*Major, qui conico concavo : minor
qui convexo.*



Rudi-


G E O M E T R I A.
Rudimentorum Geometriæ.
Tabula I.



R V D I M E N T A

De Lineato

Tabula III.



De Supers

GEOMETRIÆ.

De Superficie.

Tabula III.


Linea et Fabrica
 anguli Bisectio.
 affectio : Perpendiculum
 ut Parallelismus.

Plana sive pla- num: in quo con- sideran- tur.	Figura eius.	Species.	Rectilineum	Triangulū
				Tabula III.
Superfi- cies: que est.			Obliquiline um. Tab. VI.	Triangula- tum
				Tabula V.
Gibba si- ue gibbū	Varium		Conicum	Sphæricum
				Cylindraceum.

De Triâ

R V D I M E N T A
De Triangulo.

Tabula IIII.




De Tri

GEOMETRIÆ.

De Triangulato.


Tabula V.



De Cirç

R V D I M E N T A
De Circulo.


Tabula VI.



De Corſ


G E O M E T R I A.
De Corpore, sive Solido.

Tabula VII.



E D. S.

R V DIMENT A
De Solido è Pentaedris.
Tabula VIII.



GEOMETRIÆ

EXPosita est hactenus Geometria
ἀναλυτικῶς, id est methodo partitoria
definitionum et divisionum: affectiones,
quæ hic desiderantur, in Euclideis ele-
mentis explicantur: eas studiosi partibus
methodi facile adjungent.

Deinceps tyronibus aliqua propone-
mus problemata, quibus Geometricorum
instrumentorum tractationi eos assuefa-
ciemus, & ad Euclideanas Scholas, quasi
per gradus deducemus.

Euclidis volumen inscriptione, sive
titulo Geometricorum elementorum, ma-
thematicam materiam complectitur, XV
libris digestam: quorū tres, sextum sequen-
tes, arithmeticī sunt, reliqui geometrici.

Primi sex ἐπιπέδωμελγίαν, id est, di-
mensionem planorum explicant: postre-
mi quinq; elementa τῆς σερεωμέτριας, di-
mensionis solidorum, sive corporium.

Decimus communem magnitudinum

R V D I M E N T A

*differentiam continet symmetrarum,
asymmetrarum; unde rationalium & ir-
rationalium differentia derivatur.*

*PRIMI Libri materia est linea recta,
angulus rectilineus, triangulum, & pa-
rallelogrammum.*

*Digesta est, hæc materies in 48 pro-
positiones; quibus præmissa sunt tria
principiorum genera, definitiones, postula-
ta & axiomata.*

DE DEFINITIONIBVS.

*Definitiones libri materiam defini-
unt: sed ex tota geometriæ methodo
xxxvij hic recensentur.*

*Primæ septem sunt de duobus magni-
tudinis generibus, linea, & superficie
plana: reliquæ 29 explicant duas linea-
ti affectiones, angulum & figuram. De
angulo sunt definitiones sex: 8, 9, 10,
11, 12, 13. De figura reliquæ 23.*

DE

G E O M E T R I A.
D E P O S T V L A T I S.

Postulata fabricam è definitione subjecti derivatam postulant.

Hic tria sunt:

I Fabrica rectæ lineæ.

II Prolongatio rectæ lineæ.

III Fabricatio peripheriæ, vel circuli circinatio.

D E A X I O M A T I B V S.

Axiomata sunt communes notiones, sententiæ omnibus sanis hominibus à natura insitæ & notæ : ideoq; nulla quam inductionis indigent demonstratione.

Hic præscribuntur xij; sed pleraq; ex Logicorum doctrina topica repetita.

Ad octavum assumimus Consectariū æqualitatis angulorum, cum quinq; specialibus consecatrijs, supra Cap. III. El. v. propositis.

D E

A X I O M A T A.

I.

Quæ eidem sunt æqualia, etiam inter se
sunt æqualia.

II.

Si æqualia æqualibus adduntur, tota
sunt æqualia.

III.

Si ab æqualibus æqualia subducuntur,
etiam reliqua sunt æqualia.

III I.

Si inæqualibus æqualia adduntur, to-
ta sunt inæqualia.

V.

Si ab inæqualibus æqualia subducun-
tur, reliqua sunt inæqualia.

VI.

Quæ ejusdem duplia, æqualia inter
se sunt.

Generale ita esset.

Quæ eidem æqualiter majora, inter se
sunt æqualia.

Quæ

GEOMETRIÆ.

VII.

Quæ eiusdem dimidia, æqualia inter se sunt.

Generale ita esset.

Quæ sunt eidem æqualiter minora, sunt inter se æqualia.

VIII.

Quæ convenienter inter se, æqualia sunt inter se.

Hoc Cap. I. Elem. IX. ita enunciatur.

Magnitudines congruae sunt æquales.

IX.

Totum majus est sua parte.

X.

Omnes recti anguli æquales inter se sunt.

XI.

Si in duas rectas recta incidens, interiores, eadem parte, angulos duobus rectis minores faciat: productæ in infinitum

R V D I M E N T A

tum duæ ipsæ rectæ, coincident inter se, qua parte sunt duobus rectis minores anguli.

XII.

Duae rectæ aream non compræhendunt.

DE PROPOSITIO- NIBUS.

Propositio est sententia, fabricam vel propriam subjecti affectionem proponens: fidem veritatis & approbationem ex principijs vel propositionibus prioribus requirens.

Quæ subjecti fabricam proponit, dicitur πρόβλημα: Quæ affectionē, θεώρημα.

In demonstrandis autem propositiōnibus geometræ utuntur methodo quinq; plerūq; partium. Prima est ἡ ἐκθεσις, expositio dati subjecti in abacum. Secunda est ὁ διορισμὸς, determinatio optatæ fabricæ, vel affectionis affirmatae. Atq; hæ duæ par-

GEOMETRIÆ.

duæ partes continent propositionis λογικῶν ἀνάλυσιν, logicam resolutionem in subiectum & prædicatum, quas mathematici discernunt nominibus διδομένα καὶ ζητούμενα dati et quæsiti; in theorematibus etiam ηγεμένα καὶ ἐπομένα, antecedentis et consequentis.

Tertia pars est in κατασκευῃ delineatio et apparatus eorum, quæ subiecto defunt ad quæsiti investigationem & inventi demonstrationem.

Quarta pars est in ἀπόδεξις demonstratio veritatis fabricæ, vel affectionis affirmatae. Hæc pars utitur judicio syllogistico, ad investigandā veritatem: sed plerumq; pluribus syllogismis quæstionem concludit, idq; vel directè, vel τῇ ἀπογωγῇ eis adūtor. Syllogismi non semper integri sunt; sed saepe enthymemata, Neq; semper partium ordo observatur: sed assumptio, seu minor propositio saepe præcedit: major in

R V D I M E N T A

ipsa conclusione, allegato axiomate vel propositione aliqua priore, intelligitur.

Disponitur autem tota argumentatio methodi judicio, quo proceditur ab antecedentibus & notioribus ad consequentia & ignota.

Postrema pars est τὸ συμπέρασμα conclusio : non illa unius alicujus syllogismi ; sed absolutæ demonstrationis conclusio ; quæ particularē conclusionem de hoc subiecto applicat ad totam speciem.

Verum hæc demonstrandi methodus non semper habet omnes hasce partes. Interdum enim deest ἡ κατασκευὴ, interdum ἡ ἔκθεσις, καὶ διεργμὸς.

P R O B L E M A T A .


i. PRO-

G E O M E T R I A E.

I. P R O B L E M A.

Fabrica trianguli.

Ex I. Prop. I. Lib. Eucl.



*S*Vper datam rectam finitam triangulum æqualiterū constituere.
ἢ ἔκθεσις: Esto recta finita. ο διορισμὸς: Con-

formandum est super eam triangulum æqui laterum.

ἢ κατασκευή: Circum terminum pri-
mum datæ rectæ, radio æquante datam
rectam, describatur peripheria prima: Et
circum terminū secundum, radio eodem,
describatur peripheria secunda: Et à con-
cursu, siue sectione peripheriarum, ad
terminos datæ rectæ ducantur rectæ.

Ajo super datam rectam finitam consti-
tutum esse triangulum æquilaterum.

ἢ ἀπόδεξις: A centro primæ peripheriae
exeunt

PROBLEMATA

exeunt duo radij: Ergo per 13. El. 4.
Cap. Rudim. sunt æquales, nempe qui in
seçtione terminatur, est æqualis datæ
rectæ.

Item à centro secundæ peripherie exe-
unt duo radij: Ergo per idem elem. sunt
æquales: nempe qui seçtione terminatur,
est æqualis datæ rectæ: sicut etiam ille
alter. Quæ autem eidem sunt æqualia;
illa inter se æqualia: per 1. Eucl. axioma.
Ergo radij amborum circulorum in com-
muni seçtione terminati, inter se sunt æ-
quales. Et omnes tres æquales, confor-
mant triangulum æquilaterum.

Τὸ συμπέρασμα: Est igitur super datam
rectam finitam constitutum triangulum
æquilaterum: quod erat faciendum.

Atq;

Si duæ æquales peripherie à terminis
datæ rectæ, eiusq; inter vallo concurrant:
rectæ à concursu ad dictos terminos con-
stuent

R V D I M E N T A

ſtituent triangulum æquilaterum ſuper
datam.

Compendium fabricæ.

In uſu huius trianguli non describuntur integræ peripheriæ, ſed locus concurſus ſive ſectionis peripheriarum notatur brevibus arcubus.

Fabrica æquicruri trianguli.

Si due æquales peripheriæ à terminis datæ basis, concurrant intervallo dati cruris : rectæ à concursu ad dictos terminos conſtituent triangulum æquicrurum.


Generalis fabrica trianguli.

Si tres rectæ ſint; duæ autem qualibet majores reliqua; peripheriæq; à terminis unius, intervallis reliquarum concurrant: radij à concursu ad dictos terminos conſtituent triangulum.

P R O B L E M A T A
II. P R O B L E M A.

Fabrica æqualis rectæ:

Ex 2. Prop. 1. Lib. Eucl.



*A D datum punctū
datæ rectæ æqualem
ponere.*

*ἡ ἐνθεσις: Esto pun-
ctus A: Et recta B.*

*ὁ διορισμὸς: Ad A ponenda est recta
æqualis ipsi B.*

*ἡ κατασκευὴ: Circum centrum A, ra-
dio æquante datam B, describatur peri-
pheria: Et ex A ducatur recta ad peri-
pheriam, via optata. Ajo ad A positā
esse rectam, æqualem datæ B. η απόδειξις:
Etenim recta posita est æqualis inter val-
lo crurū circini; Et recta B æqualis eidē
intervallo: Ergo per I. axioma, recta po-
sita æqualis est datæ B: Et posita ad A.
Quod erat faciendum.*


VII. PRO-

GEOMETRICA.

III. PROBLEMA.

Æquatio datarum rectarum.

Ex 3. Prop. 1. Lib. Eucl.



Datis duabus rectis
inæqualibus à majore
æqualem minori aufer-
re. Sunto duæ rectæ in
æquales. A & B.

Auferenda est à longiore æqualis bre-
viori.

Circum terminum longioris describa-
tur peripheria, radio æquante minorem.

Ajò segmentum datæ longioris, quod
centro & peripheria terminatur, eſſe æ-
le datæ breviori.

Sunt enim ambæ rectæ æquales eidem
intervallo crurum circini : Est ergo à
majore reſecta æqualis minori : Quod ex-
rat faciendum.


IV. PRO

P R O B L E M A T A

III.I. P R O B L E M A.

Anguli bisectione.

Ex 9. Prop. I. Lib. Eucl.



Datum angulum rectilineum bifariam secare.

Esto angulus rectilineus: Ejus crura consequentur per 3. Probl. Circum terminos aequationis describantur duæ aequales peripheriae, radio quantocunq;. A vertice dati anguli ad peripheriarum concursum ducatur recta. A jo rectam hanc bisecare angulum datum.

Educantur enim rectæ à concursu peripheriarum ad terminos aequationis crurum: fient tum aequales bases utriusq; anguli particularis: unde affirmationem sic concludam.

GEOMETRICA.

Si angulus angulo æquicrurus æquatur basi : est æqualis : per i. Con. 6. Elem. C. 3.

Hic duo sunt anguli æquicruri, æquilibus etiam basibus, quæ sunt radij æquallium peripheriarum.


Ergo sunt æquales : Et per consequens, Totus angulus est bisectus. Itaq.

Si duæ æquales peripheriæ à terminis æqualium crurum dati anguli rectilinei ante concurrant : recta à concursu ad verticem bisecabit angulum.

v. PROBLEMA.

Rectæ bisectio.

Ex 10. Prop. i. Lib. Eucl.



Datam rectam finitā bifariam secare.
Esto recta finita **A** bisecanda. Circum terminos ejus describan-
F

PROBLEMATA

tur duæ peripheriæ æquales, radio quan-
tocunq; : Puncta concursus connectantur
recta. Ajo rectam hanc bisecare rectam
datam.

Ducantur enim rectæ ab altero cōcur-
su peripheriarū ad terminos datæ rectæ:
bisecabitur tum angulus, qui ad concur-
fit: per 4. Pro. Itaq; sic ratiocinabor.

Si angulus angulo æquicrurus, est
æqualis: etiam æquatur basi: per Con-
versionem i. Con. ad 6. Elem. 3. Cap.

Hic anguli bisecti partes sunt æquales,
& crura sunt æqualia: quia sunt radij æ-
qualium peripheriarum: alterumq; crus
commune est utrig; angulo.

Ergo bases sunt æquales: Et per con-
sequens, Recta data est bisecta.


Si duæ peripheriæ æquales à terminis
datæ rectæ utrimq; concurrant: recta per
concursum bisecabit datam.

G E O M E T R I C A.

V I. P R O B L E M A.

Perpendiculi fabrica.

Ex 11. Prop. 1. Lib. Eucl.



Datæ rectæ ex eo
quod in illa datum
punctum fuit, linea re-
cta ad angulos rectos
educenda est.

*Esto recta infinita: & in ea punctum
quoddam: Ab hoc punto utring, secen-
tur æquales rectæ: Circum puncta sectione-
num describantur duæ æquales periphe-
riæ, radio quantocunq,: à dato punto
ducatur recta in concursum peripheria-
rum.*

*Ajo è dato punto eductam esse per-
pendicularium datæ rectæ.*

*Ducantur enim rectæ è concursu pe-
ripheriarum ad terminos sectionum: fi-
ent tum quales bases angularum, qui ad*

PROBLEMATA

datum punctum sunt ēφεξῆς id est, deinceps. Ideoq; quæstio concludetur hoc syllogismo.

Si angulus angulo æquicrurus, æquatur basi: est æqualis. per I. Con. 6. Elem. 3. Cap.

Hic duo anguli ēφεξῆς sunt æqui crux, æqualibus etiam basibus. Ergo sunt æquales. At recta æqualiter interiacens est perpendicularis: per IO. elem. 2. Cap. Est igitur hæc recta perpendicularis data.

Itaque

Si à dato datæ rectæ infinitæ puncto, duæ partes vtrinq; secentur æquales, & à punctis sectionum duæ æquales peripheriae cōcurrant: recta à dato punto in concursum erit perpendicularis super datā.


VII. PROBLEMA.

Altera perpendiculari fabrica:

Ex XII. Prop. i. Lib. Eucl.

*AD datam rectam de dato puncto,
quod*

GEOMETRICA



quod in ipsa non est
perpendicularis recta du-
cenda est.

Esto recta infinita:
Et punctum extra eam
loco humiliore, aut sublimiore. Circum
punctum hoc describatur peripheria, ra-
dio tāto, ut ipsa datam rectam secet duo-
bus locis: Recta circulo inscripta eōq; ter-
minata bisecetur: per 6. problem. Ago
rectam bisecantem esse perpendicularēm
datæ rectæ educitam è dato punto.

Ducantur enim rectæ à centro ad ter-
minos sectionis rectæ in peripheria: fient
tum æquales bases angulorum īφεξ̄ns, ut
in VI. proble. Eodemq; argumento quæ-
stio concludetur, quo illa VI. Problema.

Itaq;

Si pars datæ rectæ infinitæ secetur à
peripheria; à dato extra punto: recta à
dicto punto bisecans dictam partem, erit


PROBLEMATA.

perpendiculare super datam.

VIII. PROBLEMA

Anguliæquatio.

Ex *xxiiii.* Pro. i. L. Euclid.



A d datam rectam, & in ea punctum, dato angulo rectilineo, æqualem angulum rectilineum constituere.

Esto recta: & in ea punctum A. esto etiam angulus rectilineus, craribus sinistro & dextro.

Ad A. constituendus est angulus dato & equalis.

Primo determinentur crura dati anguli, ipsiisq; subtendatur basis linea serrata, seu obscura. Deinde à termino A, data recta æquetur cruri sinistro: per III. Probl. Tum circum A, radio æquante dextrum crus dati anguli, describatur peripheria.

G E O M E T R I C A.


ripheria. Et circum terminum æquationis datae rectæ alia peripheria, radio æquante basim dati anguli. Postremo ab A ducatur recta per concursum peripheriarum; Ajo ad A constitutum esse angulum æqualem dato: per Con. 9. ele. I. Cap. vel 6. ele n. 3. Cap. eiusve Con. I. Sunt enim anguli cruribus congrui: Itaq.

Si dati anguli cruribus ad datū punctum crura homogena æquantur æqua basi; æquabunt angulum dato.

I X. P R O B L E M A.

Parallelismi fabrica.

Ex xxxi. Probl. i. Lib. Eucl.



A Dato puncto datae rectæ lineæ parallelam rectam ducere.

Esto recta A: & pūctum supra vel infra eā,

vt B: Per B ducēda est parallela ipsi A.

PROBLEMATICA

Punctum B connectatur cum aliquo
puncto rectæ A . Et ad ejus terminum
 B constituantur angulus, æqualis angulo
connectentis & rectæ A : per VIII. probl.
hoc compendio.

Circum terminos connectentis, radio
æquante connectentem, describantur
duæ peripheriæ æquales, prima circum
datum punctum, secunda circum concur-
sum connectentis cum data recta. Dein-
de describatur tertia peripheria, radio æ-
quante intervallum datj punctj & com-
munis sectionis datae rectæ atq; secundæ
peripheriæ.

Postremo per B & communem se-
ctionem primæ & tertiae peripheriæ du-
catur recta utring infinita: Ajo hanc
rectam esse parallelam ipsi A . Idq; sic de-
monstro.

Si rectæ recta sectæ æquant angulos
inter se alternos: sectæ illæ sunt paralle-
læ: ex

GEOMETRICA.

læ: ex demonstratione prob. 27. l. I. Eucl.

Hic rectarum altera data, altera per punctum ducta; secta & connectente linea, faciunt angulos alternos æquales: nempe sinistrum superum dextro infero, item dextrum superum, sinistro infero.

Ergo sunt æquales.

Alia fabrica:

Positis ad rectam datam duobus æqualibus perpendiculis aliquantulum inter se distantibus: recta per eorum terminos ducta erit parallela data.

Pro perpendiculis sumuntur æqualem radiorum peripheriæ sive arcus, quorum centra diversis, & quam fieri potest longè dissipatis sint punctis in recta data: recta per utriusq; arcus contactum descripta erit parallela data rectæ.

PROBLEMATICA

X. PROBLEMA.

Fabrica quadrati.

Ex XLVI. Pro. i. L. Eucl.



A data recta quadratum describere.

Esto recta A: describendum est ex ea quadratum.

Ex termino ipsius A excitetur perpendicularum æquale datæ A: per vi. Pr.

Termini perpendicularorum claudantur alternis parallelis, vel etiam æqualibus perpendicularibus. Ajo ex A descriptum esse quadratum, id est, parallelogrammum rectangulum æquilaterum.

Parallelogrammum esse, constat ex oppositorum laterum parallelismo. Rectangulum, ex cruribus inter se rectis, id est, perpendicularibus. Aequilaterum, ex perpendicularorum & parallelarum æqualitate:

Itaq;


Si

G E O M E T R I C A.

*Si duæ conterminæ perpendicularares
æquales claudantur parallelis, cōstituent
quadratum.*

XI. P R O B L E M A.

Fabrica parallelogrammi



A Duabus datis re-
ctis : describere pa-
rallelogrammum angu-
latum dato angulo re-
ctilineo.

Sunto duæ rectæ **A**
& **B**: angulus re-
ctilineus talis.



Describen-
dum est paral-
lelogrammum

ab **A** & **B**, angulatum dato angulo.
Ponatur recta rectæ **A** æqualis : per II.
vel III. probl. Ad terminum eius fiat
angulus æqualis dato : per VIII. proble.
Crure æquali **B**: A terminis crurum due-
cantur ipsis æquales parallelæ : per IX.
problema.

Factum

PROBLEMAT A


Factum erit parallelogramm o-
ptatum. Itaq;

Si rectæ eadem parte conterminent &
quales & parallelas, parallelogramm
constituent.

XII. PROBLEMA.

Inventio Centri.

Exi. Prop. 3. Lib. Eucl.



Dati circu-
li inuenire
centrum.

Inscribatur
circulo recta:
biscetur: è se-
ctionis puncto
excitetur per-
pendiculū v-

trīq; ad peripheriam vſq; : hoc bise-
tur. Ajo hoc bisectionis punctum esse cen-
trum dati circuli. Itaq;

Si inscripta recte bisecat inscriptam,
est


GEOMETRICA.

est diameter circuli, ejusq; medium est centrum.

XIII. PROBLEMA.

Inventio centri dati segmenti circularis

Ex x xv. Pro. 3. Lib. Eucl.



Dato segmento circuli ascribere & delineare circulum, cuius quidem sit datum segmentum.

In data peri-

pheria sumantur tria puncta, nonnihil inter se distata: ut A, B, C. Bina vicina connectantur recta: rectae ille biscentur: ut in D & E: per puncta bisectionum du cantur perpendiculara DF & EF. Hac erunt diametri optati circuli per XII. pr.

Centrum ejus in concursu diametrorum.

ut in F

Itaq:

Sectio absoluitur invento centro.

Et sic.

Per


PROBLEMATICA.

Per tria puncta in rectam minimè cadentia ducitur peripheria.

XIII. PROBLEMA.

Bisectio peripheriae.

Ex xxx. Pro. 3. Lib. Eucl.



Datam peripheriam bisecare. Peripheriae subtendatur recta: hæc bisecetur: è bisectio-
nis punto in peripheri-
am excitatum perpen-
diculum eam bisecabit:

Itaq.

Peripheria sectionis bisecatur perpen-
diculari bisecante basim.

FINIS.



08.6.11. 3661